

18 vero **C**alix benedictus in benedictione omni  
omni fratre **I**ustus ap̄t̄ est. **D**e patre q̄ sum  
**M**isericordia participacio temp̄ domini st.  
qm̄ vnuus p̄ens et vnuus coruus multū sum  
omnes qui ex me p̄epanez a me aliis p̄atia  
pari. **E**p̄ate q̄st̄ sc̄dū sum. **V**nde q̄  
adū hostias partipes si dante. **H**oc dico  
dico. q̄ uolū p̄mōlāti p̄t̄ a uolū q̄  
p̄dit̄ sit aliquid. **E**t q̄ vnuus aḡt̄ tenuer  
denominis p̄nēlātū. **T**uor ad p̄de a uer  
os sc̄dū p̄ca demoniorū. **H**omopotus nūc  
domini bilac. **T**u uolū amonestor. **P**er re  
fissis mensis domini particeps iste. **V**erū  
demoniz. **S**in simulacrum domini. **V**erū  
fictioes illius. **D**omini m̄lātū. **S**olus  
omniā expuluit. **O**mnia vniuersit̄ s̄c̄dū ouere  
tant. **E**mo q̄ s̄mū q̄t̄ quem. **F**igō alia uia  
omne q̄t̄ in uicelit̄ venit mōndente. **M**  
hi intrayentes p̄pet̄ confidante. **Z**as sunt et  
tema. **E**plenitū eue. **D**omine qui ueni uis  
inficiū. **O**d omni et nullis. **C**ontra q̄t̄ rebis

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Xd. 28,

DISPUTATIO

Institutionum Anatomicarum V I.

DE LIENE.

*Quam*

D. O. M. A.

*SVB PRÆSIDEO*

TOBIÆ KNOBLOCHII,

Marcobrettani Fr.; Med. & Phil.D.

*In celeberrima Witebergensum Academia  
defendendam suscipiet*

Georgius Eberlinus Spi-

zenlis Austriacus.

*Ad diem 29. Iulij, horis 8 loco notis.*

VVITEBER G AE,

Typis Cratonianis per Iohan. Gorman.

Anno c15 15 C VII.

VIRIS  
Nobilissimis, Excellētissimis,  
Clariss. & Prudentiss.

Dn. IOANNI OBERNDORFERO,  
Philosophiæ & Medicinarum Doct. solertissimo,  
Comiti Palatino Cælareo, Illustrissimiq; Principis  
*PHILIPPI LUDOVICI* Palatini, &c. Medico  
& Consiliario peritissimo.

Dn. MATTHIÆ ANOMEO, Philosofia  
& utriusq; Medicinæ Doct. eximio, Mathe-  
maticum Professori in alma Leucorea  
celeberrimo

Dn. MICHAELI KHVGLE RO, Com-  
missario Cæl. Majest. dignissimo,  
Dominis Mecœnatibus, Fautoribus, Promotori-  
bus atque Patronis suis omni reverentia &  
observantia cultu æternūm  
honorandis

*Hanc de corpore humano 21g' ore 1v in debite grati-  
tudinis nra p[ro]p[ter]e submisse*

Dicat & consecrat  
Georgius Eberlinus Spizenensis,  
Austr. Respondens.

# D. O. M. A.

**P**OST QVAM E PAR REGIVM IL-  
lum cocum, venarum fontem & originem, una-  
cum vescicula satis superq; examinavimus & ven-  
tilavimus; ordine jam jubemur, ut liensem ex-  
aminationis subijciamus.

## Caput de Liene.

LIE N est membrum carne molli ac spongi-  
osa, venis & arterijs plurimis ita conformatum jc-  
corique oppositum, ut non solùm excremeno  
crassiori recipiendo, sed etiam sanguini generando  
quodammodo dicatum esse videatur.

1. Lien grecis dicitur στολω i. e. splen, Cels. lib. 4. δοτο τε  
ανάγκης, quod viscus sit & intus abditum: vel potius δοτο τε εἰς  
εἰσόδον Πρωτού οὐδενί τε φαυλή γενέσις οὐδὲν αβοτόν, quod in seipsum at-  
trahat maligros humores. ut Bauh. lib. 1. cap. 43. docet.
2. Compositio ejus est ex tunica, propria carne, vena, arteria,  
& nervo.
3. Tunica hujus, que tenuis & simplex est, à peritoneo oritur, &  
omni ex parte carhem ejus, cum mollis sit & laxa, munit & cingit,  
ideò non modò vinculum, sed etiam vestimentum licetis à Gal. 4.  
de usu part. 15. & dom. Leo: nominatur.
4. Habet etiam tria vasorum genera venas, arterias & ner-  
vos.
5. Venas quid artinet, triplices sunt à trunco venae portæ pro-  
ductæ & splenica vocantur. Gal. 4. de usu part. 15.
6. Prime in lienis corpore desinunt, quarum beneficio liens  
A 2 crassum

*crassum & melancholicum succum attrahit, ex quo sibi idoneum, alimentum colligit.*

7. Secunda vena splenica ab ipsa splene diriguntur in os, vel ut alijs placet, infundum ventriculi, ut ventriculum astringat, & in angustum abducatur, ut actio ejus firmior & validior reddatur, ut appetentiam (ut Avicenna vult) dejectam excitet. Gal. 4. usū part. 15. I:em 5. de usū part. 4. 6. admin. anat. 10. Hujus rami beneficio quartana laborantes vomita ante & post paroxysmum multam juvantur, quia in hac non modò licet, sed etiam ventriculus afficitur. Bauh. d. l. Vses Avicennæ rejecitur à Fuchsio & quidem hac insulsa ratione, quod, ut ille putat, Galenus hunc non docuerit, neque invenerit; sed Vallesius egregie Fuchsio responderet & ait: Quasi verò nihil novum jam inventari possit, aut inventis addi: immo Avicennam hoc ipso usū inventionis viam aperuisse asserit. Ideoq; Avicennæ sententiam sequenti ratione defendit. Acidifructus reparant appetitum. E. & melancholicus humor, qui acidus, ut docet etiam Galen. lib. 1. de causis sympio: 2. Si multis succus nimiam facit appetentiam, sive famem prater naturam certè parvus faciet partiam sive famem naturalem, &c. Valles. controvrs. lib. 1. cap. 20.

8. Tertia vena à splene deorsum prodeunt, simulq; sinistro sinn, & retrosum devolute, quod ad rectum intestinum peragraverrint, & in podicem deferint: in hunc usum, ut quicquid sanguinis ejus, qui est licet alimentum, superfluxerit, fiat inferiorum partium alimentum, ne disperdatur. De nutritione enim natura ita sollicita est, ut nihil, quod alere possit, perdi velit. Ab eodem ramo venae etiam hemorrhoidales internæ oriuntur, quarum beneficio melancholicus sanguis certo tempore expurgatur, quamvis hic humor sepe expurgetur per arterias, non duntaxat in intestina, sed ad emulgentes demandatus ad renes, ita ut recte in affectibus melancholicis naturam imitantes diureticis utamur. Plura vide supra in Epatis explicacione de venis.

9. Ar-

9. Arterias multas habet à cœlica, quæ ab aorta sub diaphragmate prodit, eadem ferè ratione, eodemq; numero, quo venas, non solum ut ei facultatem vitalem largantur, 4. de usu part. 15; sed etiam ut innatum calorem melancholico humore obrutum perpetuo suo motu ventilando & favendo corpus lienis tueantur, crassus sanguis evacuetur & lien expurgetur, ut docet Bauh. lib. 1. cap. 43. Gal. lib. 4. usu part. 15.
10. Nervos suggester costalis sinistri à sexta conjugatione, per costarum radices parte interna, quos tunica in substantia lienis habet. 4. de usu part. 16.
11. Usus lienis quod attinet, de hoc inter Philosophos & Medicos longa & ampla est disputatio. Quidam enim cum Aristotele ipsius usum cum Epate communem statuunt; ajunt q; mutuam, sibi præstare operam. Ut Alexander Aphrodisæus sect. 2. probl. Aretæus lib. 1. de causis & signis chronicor. & autor libelli de respiratione. Alij & quidem plurimi cum Galeno 1. de sanitate tuenda lib. de formatione foetus 6. de locis affectis 2. de natural. facul. lib. de atra bile, ut melanolicum humorem arripiat & concoquat, sanguinemq; ita à terreno melanolico humore expurget. Denique nonnulli sunt, qui tenuissimum sanguinem, videlicet spiritus vitalis materiam in eo preparari autemant; ut Vlmus. Singulis his rationes suæ satis speciosa non defunt.
12. Qui primam tuentur sententiam, stabilunt eam his rationibus sequentibus: 1. Propter constructionis cum Epate affinitatem, carnisq; propriæ temperamentum.
13. 2. Quod affectio liene tamquam affectio Epate impediatur &ладатур sanguificationis.
14. 3. Quod jecore extreme lato, nihilominus subire aliquandiu queat lien munus illud sanguificationis. Non secus ac depravato uno reni, vices aliquandiu illius sustineat alter, propter arterias adjuvantes, quæ in liene longè plures reperiuntur, quam in Epate.

A 3

Quodq;



*Quodq; non verisimile sit, tantum nativi caloris conservandi gratia has insertas esse, sequidem paucioribus id, utpote in hepate & in alijs locis effici potuisset.*

15. *Illi itaq; ultimus finis manet is, ut sanguis arteriarum in liene cum sanguine venae portae & in renibus cum sanguine venae cavae participet.*

16. *Hoc itaq; factum censem ob necessitatem, ut nimirum sanguis, qui nutriendo corpori aptari debet, satis perfecte laboretur. Et ut in cerebri sinusbus, thoraci pulmonibus, sic in imo ventris liene & renibus venarum & arteriarum sanguis miscetur, & exaltius concoquitur, elaboratur & repurgatur.*

17. *Vt autem Epatis ad excipiendum superfluum excrementum vesicula addita & appensa est: ita hujus loco lienii, venam intra os ventriculi positam, datam esse ajunt, per quam aliquod crassum & austrum eructaret, quo ventriculum firmaret, dormit antemq; quasi appetentiam excitaret, superfluum autem sanguinis ad intestinum rectum alendum per ramum splenicum emitti, & unde gravioris excrementi portionem per coeca illius intestini spiracula cum ceteris fecibus alto excludendam deici.* *Tantum de prima opinione.*

18. *Quibus secunda arridet sententia, sequentes habent rationes. Primum quoniam certissimum est in hepate triplex generari excrementum, tenue & supernatans scilicet item aquosum & serosum; deniq; crassum & terreum magis faciq; respondens. Prioribus sua sunt purgationes, iisdemq; indiges hic terceus fucus; ad expurgationem opus est receptaculo; quod non longe (siquidem ut terreus deorsum tendit) a coctionis officina distet. Nullum autem membrum ad hoc magis videtur idoneum, quam liene.*

19. *Secundo lien maximè obnoxius est obstructionibus & schirrosis tumoribus: non ratione substantiae, que rara & instar spengie solidioris; nec vasorum, que sunt amplissima. Ergo ratione consenti humoris, qui quod non sit tenuis sed crassus & fæculentus, indicant*

- dicunt scirrhio & obstructiones. Gal. 13. M. M. 5. de simp. med.  
5. de latit. tuenda.
20. Tertiò obstruēto liene refluit ad Epar lutulentis sanguis, qui  
totum corpus efficit nigrum, unde Icterus niger; sicut obstructa ve-  
sicularū fluxus est totum corpus hinc icterus flavus. Tantum de se-  
cunda sententia.
21. Tertiae opinionis haec sunt rationes. 1. Quia ad vitalem Spis-  
ritum requiriuntur aëris & sanguis: aëris preparari in pulmonibus;  
sanguis autem nec in dextro cordis ventriculo, nec in pulmonibus,  
Ergo in liene.
22. Secundò quia Hippocrati lib. 2. de morbis mulier: dicitur  
rarus & spongiosus & veluti alter pulmo.
23. Tertiò quod sit etiam in liene non minus ut in cerebro arteria-  
rum plexus innumerū & mirabiles ut in testibus labyrinthea va-  
sa, & in hepate venarum myriades. Nusquam autem sunt plexus,  
nisi ad elaborationem novam.
24. Quartò quod spleneticorum omnium symptomata exoluti  
& impuris spiritus signa sunt certissima.
25. Nos opinione hac ultimā relietā, primam & secundam am-  
pleteamur, hanc quidem primariō, illam verò secundariō. Nam  
vix cuiusdam inlieni aliquo modo attribuimus cum Platero,  
sicut & Bauhinus pulchrò lib. 1. cap. 43. eandem sententiam  
sequentibus verbis declarat: Lien partem crassiorem & terrestrio-  
rem chyli in venis mesaraicis jam alterat & sanguinis aliquam  
dispositionem adepti ex venarum mesaraicarum trunco, contra  
quem chylus ad Epar seratur, ingenitā facultate per portas ramum  
splenicum ad se allicit, quo postmodum jecur rectius chyli partes  
laudabiliores attrahat; alias ipsius vasorum à crasso illo crudog. san-  
guine obstruētis, non modo laudabilis sanguificatio suisset impedi-  
ta, sed etiam icteri, hydrops, febres, Scyrhi aliq. mala causata,  
ut fieri consuevit, quum lien suo officiis non probe defungitur, &  
vel ob imbecillitatem vel meatuum obstructionem crassam & ter-  
ream

ream illam chyli partem non attrahit, quod etiam rami splenetici  
sunt, qui infra hepar est & nequaquam ab hepate prodit, compro-  
bat. Nec verisimile est succum crassissimum in hepate jam con-  
festum per angustissimas hepatis venas regredi; non tamen nega-  
mus in hepate sanguinem melancholicum gigni, sed eum, qui pars  
massæ sanguineæ. Tandem paulò post concludit. Quare lien he-  
pati ad sanguinis confectionem opiculatur, partim quatenus san-  
guinem sui generis conficit, partim quatenus crassiorem succum ad  
generationem purioris sanguinis parum idoneum avertit, ut me-  
lior in hepate fiat sanguificatio, hacq; ratione sanguinem repurga-  
re dicitur & quasi illustriorem reddere, hincrisus sedes lien anti-  
quis dicebatur.

26. Lien itaq; ex trunco vena portæ per ramum splenicum cras-  
siorem ac terrestrem humorem trahit, ex quo nobiliorum sanguini-  
num haurit, ut nutritur, quod vero noxiū & excrementum  
in eo est, ad ventriculum, ut supra dictum, remittit.

Figura hæ Lienis situm & magnitudinem, &c.  
delineant.



A. Superior, Lineam que in licie appa-  
ret, ostendit.

A. Inferior, partem inferiorem.

B. C. Partes lienis dextræ & sinistras.

E. E. Cavam partem lienis.

F. Partem sinistram lienis.

G. Alteram Epiploportionem.

H. H. Portionem Epiploli lienis venas  
sustentantem.

27. Uleinò Rondelletius negavit  
lienem esse humoris melancholici rece-  
ptaculum, quod humor, dum naturalis  
est, totus in osses aliasq; duras & seccaas  
corporis

corporis partes impendatur. Et cum ejus in nobis portio minima sit, ei excipiendo nullam partem dicatam esse, ut negat sanguinis excrementis, quae sudoribus & insensibili transpiratione abeunt. Hanc opinionem defendit etiam Erasistratus, ut docet Laurentius lib. 6. quest. 25. sed praecedentibus rationibus refutari potest.

### DE ACCIDENTIBVS LIENIS.

1. Lien situus est in sinistro latere, ex adverso jecoris, Gal. 4. us. part. 15. Arist. 3. part. 4. Vesal. lib. 5. cap. 9. Arist. 1. histor. cap. 18. 2. histor. 15. 3. post. 7. 4. generat. 4. Inde 6. Epidem. dicitur per pleonasmum dicitur, parte sua sima & concava ad Epar & ventriculum vertitur, gibba autem ad spiranum costarum extrema, hac parte etiam alligatur diaphragmati, parte sima ventriculo membranarum peritonaii interventu.
2. Lien aliquando in dextris inventus est, Epar vero in sinistris, ut habet Schenkius lib. 3. observ. 83.
3. Communiter unus reperitur, raro duo vel tres. Fallopius scribit lib. 4. c. 8. se Patarvij in cadavere triplicem liensem inventiss. unum justa magnitudinis, alterum dimidio minorem, tertium vero magnitudinis ovi columbini, Vidius Iun. lib. 10. cap. 10. de curat. morb: atque unumquaque suas venas, arterias & nervos habuisse, &c.
4. Aliquando planè nullus invenitur, ut recitat Bauhin. in lib. de partu Cesareo histotiam, ubi sic ait: Anno à Christo 1564, die vero 11. Septembris hanc vitam reliquit Dominus Matthias Ortelius Mercator oppidi Antverpiensis celebris, natione Germanus. Duodecima vero facta fuit ejus corporis sectio à Chirurgis ejus rei peritis me praesente Medico, ut constitutionem partium nutritioni servientium videremus, pricipue hepatis & splenis, nam aliquot annis ante hydropem laboraverat, qui morbus affectus Epatis primariò vel secundariò necessariò comitantur; cumque sub lepto transverso seu

diaphragmate atque costis nostris Epar & lienem quæreremus, ne vestigium quidem illarum partium invenimus. *Casus profecto inauditus & admirabilis*; at substantia omniū intestinorum carnosa prorsus erat, & multò solidior, quam ipsa muscularum caro, ut soliditate cordis carai ferè responderet, & vena cava ex ipsis intestinis suam originem sumebat, eo ferè modo, quo vena portæ in ipsis intestinis solet implantari. Hæc sane causa fuit, quod torties inflammatione & abscessu intestinali laborat: facilius enim, quod carnosum est, quam quod membranosum est inflatur & abscessibus torquetur. Nam carnosæ partes plus, membranosæ verò minus sanguinis & humoris participant. *Hactenus ille. Plura exempla vide apud Laurentium, Schenkium, Posthium, &c.*

5. *Figura hujus pro ratione partium, quibus accumbit, variat.*

4. usu part. 16. Arist. i. hist. 18. *Gibba enim, qua parte costis & diaphragmati adhæret; cava autem, qua ventriculum spectat.* Archang. Laurent. Bauhin. d.l.

6. *Magnitudo non est una omnibus, 6. adm. annat. 10; sed in nonnullis grandiore est lien, sicuti Fernelius scribit, vixum fuisse aliquando lienem mole sua & magnitudine naturali Epar superare; qualiter etiam Vesalius lib. 5. cap. 9. describit Marcellus Donat. hist. mirabil. lib. 6. cap. 3. scribit; mulierem nobilis liensem adeò ingentem habuisse, ut universum abdominis spatiū occuparet, & nihilominus filios plures peperisse. Columbus lib. 15. lienes adeò grandes vidit, ut 20. librarum pondus unusquisque ex his longè excederet. Vide Dn. Doct. Georgium Garne. in observat. proprijs. Magnitudo autem lienis plerunque deterior paritate, & quibus corpus floret lien minutitur, quibus lien angetur, corpus minutitur. Unde Trajanus Imperator fiscum liensem appellabat, ut liene crescente, corpus reliquum extabescit; ita delitescent fisco populus depauperatur.*

7. *Quem-*

7. Quemadmodum lienis magnitudo una & eadem omnibus non est, ita & nec unus & idem color, nam dum utero gestamur, ruber, cum vero sumus adulti niger est; Platero subnigricans, est, Columbo sublividus, Archangelo rubro nigrore perfusus. Sues vero & boves albicantem magis, ut etiam docet Vesal. lib. 5. cap. 9. habent.

8. Temperamentum lienis respectu cutis calidum & humidum est, absolute autem frigidum & siccum, hoc arguitur a proprio nutrimento: nutritur enim sanguine melancholico, qui frigidus & siccus est: Mund. in sua Anato. Nicol. Nicola. tract. 2. Ser. 5. de dispos. sple.

### Tantum de Liene.

## QVÆSTIONES.

### I.

#### An Lien sit caussa risus?

Resp. Non per se sed per accidens, quatenus scilicet sanguis hujus beneficio clarior, lucidior & calidior fit, & hominem in negotijs peragendis strenuum, audentem, magnanimum & gaudenter reddit in partibus titillationem movet spiritualibus, per quam ridendi motus insurgit, arguens animi affectus. Vnde dicitur:

Cor sapit & pulmo loquitur, sel commovet iras,  
Splen ridere facit, cogit amare jecur.

Veteres risus caussam questi vere in Epate, sed hanc opinionem a multis Physicis & Medicis in dubium vocatam videmus. Cardanus risus caussam ex ipsis anima & domicilio deducendam esse putat, quam sententiam etiam Iulius Scaliger exercitat; 317. sect. 6. approbare videtur. Quae dextrè intellecta contra nostram quoque non pugnat.

II. An

*miliam uelat. Deinde obstatum II.*

### An lien Cursoribus, ne obsit, excindi possit?

*Non pauci veteres censuerunt, hominem post liuem extratum ad cursum magis aptum esse, ut Arethæus Haliabbas, approbare videntur; Unde etiam Plautus ait: Genua hunc cursorum deserunt, perij seditionem facit liem, occupat præcordia. Plura vide apud Plinium lib. 11. cap. 37. Bertinum in sua Medicina.*

*Nos dicimus, liuem quidem aliquando peculiare cursus impedimentum esse, at non affirmamus absque vita periculo eximi posse propter vasorum partium connexionem, & propter ipsius visceris usum, & necessitatem.*

SOLI DEO GLORIA.



Ms. 662

**Dent mulieris in via**



1017

24

de et alia iudiciorum omni regis de sancte  
One versione sicut iudicis et gentibus repre-  
sente sicut et ego per omnem omnibus placet  
hunc quod in uile est si quod multis aut soli  
sunt **Cypri** undetinum  
¶ istud me oportet sicut et ego ipsi dico  
autem res fratres quod per omnia membra vestra  
et sicut tunc uite precorum mei tenet  
¶ solo aut res fratre quod omnis omni caput ipsi  
est caput ut mulierem tui caput vero ipsi uia  
Omnes omnes autem ipsi donec relato caput  
aut per caput suum omnis ut mulier omnis a  
lymnes non videtur caput. Autem caput suum  
omnis est enim auctoritatem suam  
velut mulier. ¶ sicut et iuxta tempore  
misi. condit a lignari vellet caput suum  
¶ ut uide non sicut relata caput suum sed  
propositum est ergo sicut et mulier est gloria  
viri. ¶ Non enim ut mulier se multe ex  
dice. ¶ Item non est auctoritas vir super mulier  
sed in viris potius. ¶ Tunc sicut mulier ag  
lamen hunc et sum eum propter regnum  
tuum. ut uide et sum eum propter regnum  
tuum. ut uide et sum eum propter regnum

# Farbkarte #13

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86	25.40	27.94	30.48	33.02	35.56	38.10	40.64	43.18	45.72	48.26
	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.									

RATIO  
atomicarum VI.  
IENE.

M. A.  
ÆSIDIO  
JOBLÖCHII,  
; Med. & Phil.D.

rgensium Academias  
am suscipiet  
berlinus Spi-  
striacus.

horis & loco notis.

ERGAE,  
per Iohan. Gorman.

I, C VII.